

Sirupus de citonijs valet sicut sirupus de piris. et est idem modus vtriusque: hoc est per quatuorlibet lib. i. succi citoniorum purificata adde lib. i. s. zuccari: et fiat secundum artem: et vocetur sirupus de succo citoniorum.

¶ Citonium vero est fructus satis notus. Medici habent hic sirupum de citonijs: qui apud quosdam est miua citoniorum simplex. tamen idem iterum ponit descriptionem miue citoniorum: quam potest fieri cum speciebus et sine speciebus. Alii in quinto distinctione de sirupis habent sirupum de citonijs: et dicit quod est miua. quidam sapientes dixerunt quod si necessitas fuerit in operando loco sirupi de succo citoniorum potest dari miua citoniorum sine speciebus: tamen differunt inter se.

Sirupus de succo acetose. s. succi acetose purificati. lib. iij. zucca. libras. ii. et fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirupus est multum in usu. Acetosa vero est herba satis nota: cuius hortus est in pratis folia ipsius dum sunt viridia manducantur. apud Dioscoridum et Sera. vocatur lapacium: sicut patet si legatur vtriusque. de lapacio cum acetosis apud Alii. Galienus. placentinus inquit. ribes. i. acetosavel acetosella. hic textus Galienus. est falsus. nam ribes non est acetosa sicut patet per Sera. ac Alii. qui de vtraque faciunt. verum ad necessitatem unum pro alio potest poni: tamen idem non sunt.

Sirupus de succo cucurbitae. s. cucurbitam magnam: et inuoluatur pasta et decoquatur in furno: et recipe ex ipsius. eius lib. v. zuccari albi lib. iij. misce et fiat sirupus.

¶ Iste sirupus non est valde in usu. Cucurbita vero communiter satis est nota. reperitur alia cucurbita dicta siluestris apud herbarios. et hec apud Dioscoridum. vocatur ampellos leuce. id est brionia.

Sirupus de granatis acetosis valet contra febres colericas. s. succi granatorum acetosorum purificatorum lib. v. zucca. albi. lib. iij. fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirupus secundum plurimum est ille qui nobis est in usu: tamen quod idem describit unam aliam de granatis dulcibus ambas describit.

¶ Granatum malum. i. pomum granatum. Sera. cap. de granatis ex auctoritate Galienus. inquit quod sunt ex eis acetosa et dulcia: et vtrum cuiusque eorum est secundum suum saporum: et sapor totius granati et granorum ipsius est plus fructuosus quam sapor succi eius et plures desiccationis reperitur aliud granatum: cuius sapor est muscus. s. cuius sapor est mixtus ex

dulcedine et acetositate.

Sirupus de granatis dulcibus. s. succi granatorum dulcium purificatorum lib. v. zuccari lib. iij. et fiat ut supra: sed sunt quae emergunt in succo setam tinctam ex chermes. id est granata cum qua tinguntur panni: et est excellentior inter has duas descriptiones sirupi de granatis. sed secundum plures prima est nobilior.

¶ Petrus de crescentijs inquit mala punica sunt mala granata que nota sunt ex quibus quedam sunt dulcia: quedam acris siue acetosa quedam mediocri saporis inter dulce et acrum composita.

Sirupus de corticibus citri. s. corticum pomorum citri recentium lib. j. decoque cum libris. v. aque fontium usque ad consumptionem duarum partium: et cum lib. j. zuccari fiat sirupus et conditatur: id est aromatizetur cum galinganis. musci et sunt qui in uulere proiciuntur ex corticibus citrorum partes conuenientes et proprie quando vicinatur complexionem cocture eius est delectabilis: et quando submergitur in aqua decoctionis citri seta tincta ex chermes id est granis tinctorum tunc est excellentior.

¶ Iste sirupus apud nos est in usu: citrum vero apud arabes vocatur hateogi. Serapio in capitulo de citro ait ex auctoritate Galienus. fructus huius arboris nominatur in grecopomum aque. Item in. vij. inquit. mille medica: id est citrus huius fructus nondum pomum medicum sed citrum ab omnibus nominatur.

Sirupus de acetositate citri. s. succi acetositatis citri lib. xij. decoque in vase vitreato super prunas cum facilitate usque dum consumatur tertia pars ipsius: deinde coletur et dimittatur donec clarificetur et accipe ex eo quod est clarum lib. vij. et funde super ipsum ex uulere claro et depurato lib. v. et coquantur donec inspissetur: si autem estas fuerit dimittatur in sole donec eius acetositas consumatur.

¶ Iste sirupus de acetositate citri est multum in usu: et debet fieri cum magna diligentia. apud nos generaliter faciunt ipsum in hieme lite tempore apud festum natiuitatis domini nostri iesu christi: quod illo tempore citri deferruntur ex ianua ad nos tunc faciunt sirupum.

Sirupus de agresta modus operatio eius est sicut sirupi de acetositate citri: et quidam condunt cum garofolis.

¶ Iste sirupus est in usu. Auicenna inquit tocanonis habet unam aliam descriptionem et est fere eadem. Etiam Franciscus de pedemontium in ca. de cura male complexionis scilicet cum materia simplicis et oppositis habet unam aliam

descriptionem que eadem est cum illa. d. Auicena.

Mesue dicit q̄ modus operationis eius est sicut sirupi de acetositate citri. z sic est q̄ accipiatur li. xii. succivue acerbe: decoquatur lento igne vel ponantur ad solē vsq̄ ad cōsumptionē tertie partis deinde coletur z dimittatur donec clarescat tūc accipe ex eo sc̄z succo quando erit clarus lib. vii. zuccari clarificati sicut iuleb. li. v. z coquatur simul vsq̄ ad perfectā cocturam z reseruentur.

Que plura sunt genera s̄z hic intelligunt ille que in colore sunt citrine z ruffe. z dicūt sapientes q̄ predcēvūe debēt esse ex illis ex quibus fit agresta. Albucasis in tractatu seu cuudo docet modū extrahendū succum vūe acerbe. Pet. de crescentijs inquit. agrestuz fit duplex liquidū z sic cū. agrestū liquiduz fit hoc modo: cū vūe sunt acerbe vsq̄ ad debitū vel quasi peruenierint ad augustū colliguntur z pistantur z in mastellū vel tinam vel aliud vas ponunt ad solē z in eis aliqd de sale ponatur: postq̄ duos dies vel tres ad solem steterint accipitur succus z repositus vsui reseruetur: z quidā sal nō ponūt: s̄z cum eo melius reseruetur zc. ibi etiā docet facere agrestum siccum.

Sirupus de granis mirti. s̄z. succi granorum mirti purificati lib. vii. zucca. albi lib. v. fiat sirupus fm̄ artem.

Iste sirupus apud nos est vsu: mirtus est arb̄ or semen vero ipsius dicitur mirtilus species eius due sunt. s̄. alba z nigra: idem posses dicere domestica z agrestis: domestica vero est mirt⁹ que semen nigrum habet. agrestis est chubebe. que alio noīe mirtus alba appellatur: z ambe sunt note.

Sirup⁹ de albalac. s̄z. albelac z enucleē z cōteratur z coquatur vsq̄ ad cōsumptionē duarū partū: z fiat sirupus cuz zuccaro fm̄ artem.

Iste sirupus apud nos nō est in vsu. Joh. han. Serapio in suo antidotario h̄z vna aliam descriptionem albelac vel belac sc̄dm opinionem plurimū doctorū sunt dactili immaturi. alij dicūt q̄ sunt anacardi: qd̄ ignoro. Matth. siluaticus inquit. albelac est species dactilozum: z sunt dactili immaturi. id est acetosi. Nicolaus florentin⁹ in libro quarto in ca. de squinantia dicit albellac. i. alde la. i. dactili immaturi: z hec cōs̄ est opinio.

Sirupus de papauere. s̄z. papaueris albi et nigri z pprie capitum eozum. añ. 3. lx. z decoquantur in lib. iiii. aque pluuiialis vsq̄ dum redeat ad lib. i. s̄. z cū zuccari albi: z pentidorum añ. 3. iiii. z fiat sirupus.

Iste sirupus sc̄dm intentionem doctorū nō est ille quo vtimur: sed ille quo vtimur ē sirupus de papauere compositus: cuius descriptionem idem describit: de quo infra Nicolaus habet vnam descriptionem: s̄z nō est in vsu. Aut. habet duas in quinto canoī. s̄z nō cōcordat cum ista nec in vsu sunt. Mator q̄ illud lumen vel verius tenebra apothecariorum posuerit descriptionē sirupi de papauere ex auctoritate Mesue: sed non concordat descriptio sua cū illa domini mesue. Bas in libro diuisionum in capitulo medicina rum tussis asmatis z saniet habet vnam aliam descriptionem: s̄z nō est eadem.

Papauer quādo simpliciter reperitur de semine papaueris albi intelligitur. Macer inquit. Dicit vtm̄ gelidam sic eamq̄ papaueris esse: Tres illi tribuūt species. flosvitus albus. Alterius rose⁹ rubeus palensis minoris flos est. hanc vulgo dicūt agreste papauer. Hobiltoz cunctis est semen que gerit album. z florem. hoc est notum.

Sirupus de bisantijs: z eius interpretatio est sirupus de bisantijs. s̄z. succi endiuie succi api. añ. lib. ii. succi lupuli: succi boraginis: aut buglose. añ. lib. i. bulliant ebullitione vna z dispumentur z depurentur. s̄z. eozum depuratorum li. iiii. zuccari tabarzet. i. albi li. ij. s̄. z coquatur cum facilitate donec fiat sirupus: z quandoq̄ ad omnē partē succi depurati ponitur aceti boni albi z clari pars. s̄. z quandoq̄ bulliant in succis foliozuz rosarum. 3. ij. liquiritie. 3. s̄. spice. i. nardi. 3. ii. anisi feniculi: seminis api. añ. 3. iiii. z est mirabilis.

Iste sirupus est in vsu. sub nomine sirupi de bisantijs: nō autē dicitur sirupus de bisantijs: q̄ in ipso blactebisante ingredientur sed pōt dici de bisantijs a loco quodā noīa to bizantiū in confinio macedonte: vt dicit Benti. sup̄ q̄luto casū B. Dias. aut in cap. de purpurea marina. i. blactabizantia aut: q̄ bizantium est quidā locus in quo p̄tīmū inuenta fuit blactabizantia. z ideo bizantia a quodam loco pōt appellari. Papias etiam dicit. bizantuz est vrb̄ thracie a paufama rege sparthanozū cōdita: post a constantino p̄cipe in malus aucta constantinopolis nūcupata: est totū caput orientis. Jo. toxteli in q̄t. byzantiū prima cū y greco sequentē cōsonate. penultima cū. t. exili z i. latino scribitur: vrb̄ est thracie maritima a paufama sparthanozū rege p̄tius cōdita. vt testatur iustinus libro suo epithomatis nono. nunc vero constantinopolis a constantino impe-

ratore qui eam ad auris et exornavit vocatur idem etiam notat: supplementum cronica: libro quarto. etiam alio vocabulo potest dici quod bizantium est genus denarij vel ducati. Unde Guarinus veronensis ait. bizantium vel bizante olim dicta est constantinopolis inde bizantius bizantia bizantium: vel bizanteus bizantea bizanteum. i. constantinopolitanus: hinc etiam adhuc moneta istius civitatis dicitur hic bizanteus: vel hic bizanti? et sic Mesue vult quod per bizantium intelligamus denarij. et hoc quod iste sirupus apud medicos est carissimus: et etiam apud infirmos propter utilitatem que reperitur in ipso sicut bizanti: vel denarij: sunt charissimi apud homines: et iste sirupus potest fieri cum aceto: et sine: sed sine aceto est magis in usu.

¶ Si autem sirupum de bizantijs cum aceto facere volueris addatur per qualibet lib. sirupi de bizantijs sine aceto lib. 5. aceti boni et iterum coquatur quod tunc appellatur sirupus de bizantijs cum aceto: sed quando doctor ordinat sirupum de bizantijs simpliciter de illo qui fit sine aceto intelligit: et illos succos qui in ipso ingrediuntur: oportet conservare per totum annum ad necessitatem troscorum de eupatorio ac aliorum.

Sirupus acetosus. ꝑ. zucca. boni albi. lib. v. et funde super illud in vase lapideo aqua fontium dulcis et clara. lib. iij. et decoquat semper abjiciendo spumam eius et sit ignis in quo coquitur prunarum aut tenuis flamme sine fumo et decoque hoc modo donec clarificetur et diminuta sit aqua sicut medietas eius: deinde funde super ipsum aceti vini albi clari lib. ii. in leui et forti lib. iij. et in mediocri lib. iij. et da ei post illud perfectionem et cocturam.

¶ Iste sirupus est multus in usu. Mesue dicit. sermo in sirupo acetoso dicens quod iam significata est inter verificatores virtus sirupi acetosi: et excellentia eius. scilicet in communitate et posse ipsius in materias calidas et frigiditas et subtiles et grossas et viscosas siue adherentes etc. iste est sirupus acetosus simplex. Saltenus in libro secretorum habet unam descriptionem sirupi acetosi que conservatur sanitas corporis: sed non sunt idem. Aut. in quinto habet multas descriptiones: sed non sunt in usu.

¶ Acetum. id est oxos: oxo vero grece est acutum. Serap. capitulo de aceto ex auctoritate Dioscoridi dicit quod infrigidat et stupratur et est bonum stomacho: et pronocat appetitum Petrus de crescentijs docet qualiter fit acetum et de virtute eius. Liber qui dicitur al

bulchasis in tractatu secundo in capitulo de preparatione medicinarum que fit ex plantis inquit. modus distillandi aquam ex squilla que occidit mures et que ponitur in medicis ex qua fit sirupus acetosus hic intelligitur quod ex aqua distillata ex squilla debet fieri sirupus acetosus: sed ista non est intentio domini Mesue. ipse dicit aceti vini albi clari: et non dicit aquam factam ex squilla: ut vult Abulchasis. Gal. in suis secretis dicit saturati. i. acetum acetosus: et hoc est in capitulo de structura anhelitus. et doloris stomachi. Sirupus acetosus cum radicibus. ꝑ. aque fontium clare lib. x. et ꝑ. iuce super ipsam radicem fenculi: apij: endiue an. 3. iij. anisi seminis fenculi: apij an. 3. viij. seminis endiue. 3. 5. coquatur cum facilitate usque dum veniat ad lib. v. tunc ꝑ. iuce super ipsam zuccam boni lib. iij. et clarificetur sicut prius. deinde funde super ipsam aceti boni quantitatem sufficientem iuxta modum superioris doctrinez da ubi oportet.

¶ Iste sirupus est in usu: sed non utimur sub nomine sirupi acetosi cum radicibus generaliter faciunt: et facere debent apothecarij sub nomine sirupi acetosi compositi vel sub nomine sirupi de duabus radicibus. tamen Mesue habet tres radices: quod non est consensum: sed error hic est quod radices communes sunt ad numerum quinque videlicet fenculi: apij: petrosili: brusci: et speragi: de quarum ex istis quinque nisi due ingrediuntur in isto sirupo: et propter id nominatur sirupus de duabus radicibus: endiua vero non ponit in numero istarum quinque.

Sirupus de cannis. ꝑ. succi granorum dulcium lib. iij. aque malorum de sent: et aqua cannarum zuccari aut penidiorum ana. lib. j. 5. et fiat sirupus.

¶ Iste sirupus non est in usu. Mesue habet sirupum de cannis: scilicet de canna de qua fit zuccarum. quidam mel canne vocant hec in Sicilia partibus reperitur Sicilia insula est prope sardiniam. ab oriente cingitur mari adriatico. a meridie africa: ab occidente forma cannarum zuccari est sicut forme cannarum mellice foris et intus: sed si canna melis dulcem gustum reddit. canna vero mellice habet contrarium.

¶ Malum sem siue mororum de seni sunt morum grossi: de quo fit diamoron.

Sirupus de portulaca. ꝑ. succi endiue coacti depurati lib. iij. seminis portulace. 3. xij. terantur semina et fundatur super ea succus et dimittatur in vase lapideo per diem et nos

De sirupis

ctem et coquatur cum facilitate usque ad medium: et addas zuccari lib. ij. fiat sirupus: et quando additur aceti lib. j. aut succi malorum granatorum acetosorum lib. j. fiat sirupus.

Iste sirupus non est valde in usu: et potest fieri per duos modos. videlicet si accipiatur succus endiue coctus et depuratus et addas zucarum: tunc est sirupus de succo endiue si autem addas alia tunc est sirupus de portulaca.

Portulaca secundum circa instans habet maiorem efficaciam viridis quam sicca. Serap. capitulo de portulaca nominatur herba stulta parpitella. Hec apud Dioscoridum vocatur andragne. Macer autem andragne grece que portulaca latine dicitur hec vulgipes pulli more vocatur.

Sirupus de violis. Recipe violarum. 3. lib. seminum citoniorum seminum malue ana. 3. viij. iube sebestem. ana. numero. xx. et coque cum lib. vi. aque curcubite usque ad tertiam partem. et cum lib. j. s. zuccari fiat sirupus.

Iste sirupus est in usu: sub nomine sirupi de violis compositi: sed quando doctor simpliciter ponit. Recipe sirupi de violis: intelligitur de illo qui fit ex infusione violarum: cuius descriptionem vide supra. idem Desius in sua practica in capitulo sermo in aqua cicerum. habet duas descriptiones: sed ista est nobilitior illis.

Viola secundum Desium est medicina temperata conueniens et fit per eam male qualitatis permutatio et nature solutio melior est quecumque est ex primis: quam non inuenit calor resoluens virtutem: aut pluuia dissipans. Isidorus inquit. Viola propter vim odoris nomen accepit cuius genera sunt tria. et sunt hec purpurea leuce. id est alba cherri. i. viola citrina dicta saracenicam: et omnes sunt note: secundum circa instans omni anno viola debet renouare.

Malua. scilicet semen quod satis est notum. Plinius ait. Malue satiuę et siluestris duo sunt genera. amplitudine foliorum discernuntur maiorem greci malopen vocant in satiuę alteram a molliendo ventrem malachen vocant et siluestribus cutus grande folium et radices albe altea vocatur ab excellentia effectus. Serap. capitulo de malua dicitur chubeze. id est malua. Auicenna. in secundo de cubeze capit. facit et inquit. quod est species malue: et dicunt quod cubeze est siluestris: et maluchia est domestica et cubeze quidem est species quedam que dicitur maluchia arborea et ipsa est altea et est olus iudatuz: et non est longius quin sit species eius et est melior que

fit in ipsa terra.

Sirupus de iuibis. Recipe iubarum lib. x. violarum: seminis malue. ana. 3. v. capillorum ueneris. 3. j. seminum citoniorum papaueris. scilicet licet semine papaueris albi: melonis. lactuce: dragaganti. ana. 3. iij. liquiritie: ordei mundi. ana. 3. viij. decoque in lib. iij. aque fontium et cum lib. ij. zuccari fiat sirupus.

Iste sirupus est in usu: et maxime secundum istam descriptionem. Idem in sua practica in capitulo de asmate habet unam altam descriptionem ex auctoritate hamec et est fere eadem: tamen ista est nobilitior illa.

Iube apud Auicenna. in sexto canonum. melliores sunt maiores earum. Dia. nominat iube. sed de forma ipsius non loquitur. Auicenna in capitulo de fractura ossis causa doloris dicit. iube que arabice dicitur auptem habet fructus sicut cornu quod apud omnes satis est notum.

Capillus veneris secundum Desium dicitur apud quosdam capillus fontium: et dicitur capillus hominis memorialis. capillus veneris vero est debilis in aqua et virtus eius cito tollit. Sirupus de papauere. Recipe papaueris albi et nigri. ana. 3. l. capillorum veneris. 3. xv. liquiritie. 3. v. iube numero. xxx. seminis lactuce. 3. xl. seminis malue: seminis citoniorum ana. 3. vi. coquantur in lib. iij. aque usque ad duas: et cum zuccaro et penidiorum ana. 3. viij. fiat sirupus.

Iste sirupus est ille qui nobis scdm plurimum usu venit superposita fuit alta descriptio ex auctoritate eiusdem: sed non est ita in usu. idem in cap. de tussi habet tres descriptiones sed non sunt in usu: nec eadem.

Papauer sicut inuenitur in septimo simplicium apud Galienum sunt multe species. nam inquit. micon. id est papauer scilicet albu micon caratides. i. papauer cornutum nomen quidem sic a fructu breuem connexionem habente sicut fenugrecum: ut assumitur cornu bouino vocatur. et est aliud quod dicitur micon irathia. i. papauer herchuleum. vocatur autem et spumosum: quoniam totum album est et spumosum paruum. secundum circa instans semen papaueris albi et nigri seruat per decem annos.

Sermo in aqua mellis. Recipe mellis boni et mundi et parte cuius color est sicut color palee: et quod est iter tenue et spissum: et quod est boni odoris: et quod est modice acuitatis: et quod non est antiquum: sit eius lib. j. et pone ipsum in vase lapideo aut vitreato: et funde super ipsum aqua fontis dulcis: et clare lib. viij. Et coque ipsum cum facila

tate: et auferatur spuma eius: et non dimittatur super ipsum multiplicari: immo quanto apparet auferatur. deinde coletur colato: et denso de panno et utere finem quod ipse docet. Et sunt ex hominibus qui aromatizant illas cum speciebus alesangineis: sicut zinzibere croco cunamomo: mace et similibus: et sunt qui aromatizant cum galla muscata: ligno aloë et similibus.

¶ Mesue inquit. quod posuerunt antiqui diuersitatem in aqua mellis: qui locuti sunt de ipsa: et scripserunt ei iuuameta plurima que sunt in ea: quia sitim sedat et multa alia: ut videtur ibi: hec apud nos est in usu. quidam existimant quod sit mellificatum: quod ignoro: quod idem aliquid capitulum facit de mellificato: de quo infra et iam idromel apud grecos est aqua mellita. Basis in nono Almasoriz. in capitulo de collica habet modum faciendi idromel. et est quasi idem. Auic. in quinto canone. habet duas descriptiones sirupi de fauis mellis: et idem est cum idromelle secundum descriptionem Jo. Serap. et sic si legis vtriusque descriptiones videbis quod sirupus de fauis mellis apud Auic. cum idromelle apud Jo. Serap. sunt idem.

¶ Mel secundum Dioscoridum. est ros celestis quem apes colligunt. Isidorus in causa. de escis dicit mel grece appellatur est quod ab apibus nomine habere probatur. nam apes grece mel esse dicitur etc. Mel secundum intentionem Mesue. melior est quod colore palee habet: et quod est tenue et spiritum quod est boni odoris. secundum autem Serap. bonum est cuius color tendit ad rubedinem: neque est nimis liquidum: et quando immiseris in eum digitus adheret digito et venit cum eo et melius quidem mel est mel vertis. deinde mel estatis. mel vero hiemale est malum. Auicenna laudat illud quod est vere dulcedinis: boni odoris declinantis ad acredinem et ad rubedinem: et quod est ut palea in colore: quod non est subtile: viscosum: quod non absconditur: et melius est vernale: deinde est iuu. hiemale autem est malum. idem aut Serap.

¶ Secantabin purum. R. mellis boni lib. ii. aceti boni lib. i. aque fontium clare et est dulcis lib. iiii. et quandoque exigit dispositio ut addatur ad quantitatem aceti: sicut et scire fecimus in capitulo de sirupo acetoso: et operatio est ut accipiatur mel et aquar abijciatur spuma eius: deinde fundatur super illud acetum et decoquantur et non dimittatur eleuari et ex crescere super ipsum spuma eius: immo auferatur omni hora et clarescat: et cum coctum fuerit reconde.

¶ Iste secantabin vel squingebin est in usu sed nos videtur sub nomine oximellis simplicis. Simon ianuenis dixit squingibin arabice est sirupus acetosus siue mellinus: quod est oximel et sic sapientes hodierni faciunt oximel simplex secundum istam descriptionem de secantabin puro: et sic debet fieri. vide Nicolaum in suo antidotario. nam habet scriptum oximel simplex: quod idem est.

¶ Secantabin de radicibus. R. corticum radice apii: feniculi ana. ʒ. ij. feminis anisi: feniculi: apii. ana. ʒ. i. mundentur cortices: coterantur: et projiciantur super eas in vase lapideo aceti boni antiqui et albi lib. x. aque lib. xij. et dimittatur per dies ac noctes: deinde coquantur donec eius tertia consumatur: postea coletur et projiciatur super ipsum mellis quod sit medietas eius: coquantur cum facilitate: sicut superius diximus.

¶ Secantabin sicut dictum fuit est oximel et propter secantabin de radicibus est oximel et est quo moderni pro oximelle composito vtuntur. oximel vero secundum Isidorum appellatum: quod aceti et mellis permixta: conficiat materia unde et dulcedinem retinet et acorem. idem in causa. de pluresi habet unam aliam descriptionem ex auctoritate. Gal. et ibi habet mellis et zuccari sulemem. i. illius regionis: sed non sunt idem nec videtur illa.

¶ Sirupus de menta ex intentione nostra: et est excellentior priore. R. succi citonorum muzorum: et est sapor compositus ex dulci et acetoso succi citonorum dul. succi granatorum acetosorum: et dulcium et muzorum. ana. lib. i. s. projiciatur super eos mente sicce lib. i. s. foliorum rosarum. ʒ. ij. et dimittantur per diem et noctem: deinde coquantur cum facilitate usque ad medietatem. et cum mellis vel zuccari lib. ij. fiat sirupus et aromatizet cum galla. s. galla muscata

¶ Iste sirupus est ille qui est in usu. idem habet unam aliam descriptionem: sed ista est excellentior priore. Auic. in quinto canone. habet unam descriptionem sed non videtur illa.

¶ Menta apud Dioscoridum. vocatur ediosmum: mente autem genera sunt quinque. s. menta domestica que proprie hortulana dicitur vel communis: vel odorifera. et est alia siluatica que mentastrum siue calamenum siluaticum dicitur: et est alia dicta balsamita siue menta aquatica et hec iuxta aquas reperitur. et est alia cuius folia sunt nigriora a. i. s. et hec dicitur menta romana vel saracenicum. et est alia dicta menta non odorifera. et hec est calamenum. et omnia ista quinque genera debent poni in vuguento marciaton de quo infra.

Sirupus de absinthio. ꝑ. absinthij romani lib. 5. foliorū rosarū. 3. ii. spice. 3. iii. vini albi boni antiqui ꝛ odoriferi: succi citoniorū añ. lib. ii. 5. ꝛ dimittatur per diem ꝛ noctē in vase lapideo: deinde coquantur cum facilitate vsq; ad medietatem: ꝛ cū mellis lib. ij. fiat sirupus expertus ꝛ nobilis.

Iste sirupus est ille quo vtimur idem de scribit vnam altā descriptionē: sed ista est nobilitas. Absinthium vñ eundē Mesue est multiplex: sed illud qđ intendimus nunc est absinthium romanū. Isidorus ait absinthium grecū nomen cuius probabilius est qđ in ponti regione nascitur. vnde absinthiū ponticum nominat. Diasco. absinthiū est omnibus notum cuiꝝ pbabilis est pōticū ꝛ capadociū nascens in monte. vnde nomē accepit. Hallabbas i practica vocat ipm bulēgi

Sirupus de fumo terre maior. ꝑ. mira. citrinorū chebulorū. añ. 3. xx. boraginis vel buglose. violarū absinthij cuscute. i. podagre lini añ. 3. i. liquiritie rosarum añ. 3. 5. epithymi polipodij añ. 3. vii. prunorum numero. c. passularum enucleatarū lib. 5. tamarindorū cassie fistule añ. 3. ii. hec oīa bullāt in aque lib. x. vsq; dum deueniant ad lib. iii. ꝛ cū succi sumiterre cocti ꝛ depurati ꝛ zuccari ana. lib. iii. fiat sirupus.

Iste sirupus de fumo terre maior est ille qui est in vsu ꝛ habet maiorē efficaciam qđ minor. Fumus terre fm eūdē ponit inter medicinas benedictas. sed de forma herbe ipse us non loquitur: ꝛ hoc est quia credo qđ sit nota omnibus. Circa istās dicit. fumusterre dicitur quasi fumus a terra in multa quantitate emittitur. dicitur autem fumus terre quia generat a quadam grossa fumositate a terra resoluta ꝛ qđto viridior est tanto melior: ꝛ in sicco nulla est efficacia. Au. in. ii. canōn. inq̄t fumusterre melior est ille qđ est viridior recēs acutus amarꝝ ꝛc. Mesue dicit. boraginis vel buglose quasi dicat: pone vnum pro alio ex istis duobus: qz in virtute ꝛ spē fere conueniunt. ambe corfoitant cor: sicut est notum.

Sirupus de liquiritia. ꝑ. liquiritie. 3. ii. capillorū veneris. 3. i. isopi sicce. 3. 5. piuce super illud aque li. iiii. ꝛ dimittant die ꝛ nocte. deinde coquantur vsq; ad mediam partē. deinde proiice super illud mellis ꝛ zuccari. ꝛ penidiorum añ. 3. viii. aque rosate. 3. vi. fiat sirupus et administretur.

Iste sirupus apud nos est multum in vsu. Liquiritia vero apud Dias. vocatur gliq̄ritia. glicozitia vero reperit in multis libris

de greco trāslatis: qđ est dictū dulcis radice nam glitcon dulcis riza radix. Ibi. inquit glicozitia grece ex eo dicta qđ dulce radice habet: at eadē ad ipsos qz sitientibus sitim sedat. hec est satis nota. Sal. in septimo simpliciū ait. gbus: id est liquiritia id quod est vtilē ꝛ hac planta est succus radice eius. Me. habet in isto sirupo aque rosate qđ sapientes volunt intelligi aquaz rosarū distillatā per elēbicum. quidā vero dixerūt qđ intelligitur de aqua que fit ex infusione rosarum: s; non est credendū.

Sirupus de isopo. ꝑ. isopi sicce. radice apij. petrosellini: fenculi: liquiritie ana. 3. c. oidei mundi. 3. 5. seminis malue: draganti: seminis citoniorū: ana. 3. iii. capillorū veneris. 3. v. tutubarū sebestē añ. numero. xxx. passularū enucleatarū. 3. xii. ficuum sicca rū ꝛ dactylorum pinguiū añ. numero. x. albarū penidiorum lib. ii. ꝛ fiat.

Iste sirupus est in vsu ꝛ maxime fm istā descriptionē. Idem Mesue in capitulis de tussi habet quattuor vel quinque de scriptiōnes sirupi de isopo: quaz nulla cum ista concordat nec etiā inter se.

Isopus sicca ad differentiam isopi humidi dicitur que est sordes aggregata super lanam. Isidorꝝ isopus herba purgatis pulmonibus apta. vnde ꝛ in veteri testamento per isopi fasciculos aspergebant agni sanguine quos mundare volebant. de ipso vide supra in diasopo.

Sirupus de prassio. ꝑ. prassij. 3. ii. isopi capillorū veneris añ. 3. vi. liquiritie. calamiti. anisi. radicum apij. fenculi añ. 3. v. seminis malue fenugreci. ireos añ. 3. iii. seminis: lini seminis citoniorū añ. 3. ii. passularū enucleatarum. 3. ij. ficcus. siccas pingues numero xv. penidiorum lib. ii. mellis boni dispumati lib. ij. ꝛ fiat.

Iste sirupus est in vsu: ꝛ maxime fm istā descriptionem. Idē in cap. de asmate habet duas descriptiōes ex auctoritate hamec: s; cum ista nō cōcordāt: nec in vsu sunt.

Prassiu. i. marubiū album. Pl. ait. greci perision vocāt alij linostron: nonnulli philopedē: aut philogares. Circa istās ait. marubium herba est que alio nomine prassium dicitur. folia eius medicine competunt: herba collecta: ꝛ in vmbroso loco suspensa per annum seruari potest. est aliud prassium qđ vocatur prassiu viride: ꝛ hoc fm intētionem nicolat est flos eris. prassion apđ grecos est porrum. prassium s; est marubiū album: ꝛ est herba satis nota.

Sirupus de calamento p̄fert spleneticis. &c. calamenti domestici 2 lib. añ. 3. ij. keisim. i. le uiscti: dauci: squinanti. añ. 3. v. passularum enucleatar. lib. 5. 7 mellis lib. ij. 7 fiat sirupus.

Iste sirupus est ille qui cōter est in vsu. idem habet vnā a liam descriptionem: s; hec est nobilior illa. *Sal. in lib. secretorū* habet vnā a liā: sed nō est eadem: nec est in vsu.

Calamentum domesticum fm̄ modernos est vsuale. Circa instans calamentuz inquit herba est que alto nomine nepita dicitur.

Calamentū montanum melius est: qz est magis siccum. cum flores p̄ducit dz colligi. *Dia. ait.* calamentū quaz pulegium agreste multi dicūt: 7 ip̄a montuosa est 7c. calamentū fm̄o agreste fm̄ infertione *Nicolaus* est nepita siue herba dicta a vulgo gataria siue neuida. nā sine dubio nepita est calamenti species. vnde *Dacer.* herbam quā neptam vulgari sepe vocamus. *Hac* medici greco calamenti nomine dicunt.

Sirupus de eupatorio. &c. radicū apij: feniculi: endiuie ad. 3. ij. liquiritie. squinanti: cuscute: absintij: rosarū añ. 3. xij. capillorū venenis: bedegar: suchaa: florū buglose aut radicū eius: anisi: feniculi: eupatorij ana. 3. v. raued: id ē reubarbarij: mastice. añ. 3. ij. spice assari: id est assarebacare. folij. ana. 3. ij. coque in aque lib. viij. vsq; ad tertiam: 7 cuz lib. iij. zuccari fiat sirupus addendo succū a p̄ij endiuie q̄titate sufficentē 7 vinū reserua.

Iste sirupus apud nos est multū in vsu. 7 magnificata est virtus eius vt docet experientia: sed nō solum in oppilatōibus epatis vt in alijs pprietatibus: sed sunt qui faciūt: 7 quando credunt aliqua facere nihil faciūt 7 hoc est propter simplicitā q̄ in ipso ingrediuntur: vt ostendam.

Bedeguar siue bedeguard idem sunt: 7 ē quā *Diasco.* *Acanthis leuce* vocat: s; apud *Serap.* est spina alba de qua ipse *Sera.* scribit in littera. b. bedeguar. 7 in littera. s. scribit spina alba: q̄ idem est. similiter facit *Auce.* in secundo canoñ. sed opinio ignorantū apothecariorū multorū ē quod bedeguard sit quedam res similis spongie que nascitur sub quadam planta que apud *Diasco.* vocatur cmosbatus. i. rubus canis 7 in ea aliquādo reperit̄ur vermes: 7 sic meo tempore vidi multos eam ponere in isto sirupo loco bedeguar: sed deceptuntur. nā vide *Nicolaum florentinū* in libro septimo in capitulo de cācro quī dicit. dicunt quidam experimentatores quod fiat puluis ex eriton qui oritur super rubum canis qui a quibusdā sed non res-

cte ponitur p̄ bedeguard. Moderni genera liter in puluere qui sit p̄tra botium gulle habet bedeguar d: sed littera nō est bona: quia predictus puluis reperitur apud *Rainaldū* de villanoua in capitulo de botio gulle 7 ibi dicit. &c. spine rosarum 7 credo q̄ sit illa spōgia q̄ falso bedeguard dicit. Ille qui de nouo scripsit lumen apothecariorū dicit q̄ bedeguard est radix cardonis b̄ndicti masculi: quod non est credendum: sed vt veritatē peritior sit via: hic volo scribere formam verū bedeguard. 7 quod debz administrari i isto sirupo fm̄ *Serap.* ex auctoritate *Dia.* qui dicit bedeguar. i. spina alba. *Diasco.* nominat acanthis leuce: 7 in greco est spina alba: et est planta que nascitur in montibus zagala: 7 habet folia similia cameleunte albe: nisi quia sunt strictiora 7 albiora 7 super ea est simile bore albe: sunt spinosa 7 habet stiptem longum duobus brachijs in grossitudine digiti polictis vel plus color eius est vergēs ad albedinez: 7 super summitates eius sunt capitella spinosa similia eritto marino: nisi quia sunt minora: 7 oblonga: 7 flos eius est coloris purpurei 7 semen eius est simile grano gineo quod idē est: nisi quia est rotundius eo: 7 id quod administratur ex ipsius planta est radix vide ergo si bedeguard est illa spōgia: vt volunt ignorantes.

Suchaha est etiam species cardoni 7 est ppinqua bedeguar. 7 est quā *Diasco.* vocat acanthis arabica. i. spinam arabicam 7 est similit̄ supra dicitē. i. similit̄ bedeguar. nascit̄ spinosa 7 alba. *Dia.* situat. vult q̄ sicca sit cameleunta alba quod non credo. *Haz* *Diasco.* 7 *Sera.* de vtraq; faciūt distincta capitula. 7 fm̄ *Hp̄oso.* de hone. suchaha bedeguar quod non est: 7 fm̄ lumen est radix cardonis benedicti femine: quod non reperio apud auctores: sed sit quomodo cūq; suchaha apud *Diasco.* est achantis arabica. 7 fm̄ *Serap.* est spina arabica. 7 fm̄ *Rasim* est megalem 7 idem *Sera.* ex auctoritate galieni ait hec herba est similis plante bedeguard nisi qz fructus eius desiccatur stipticat plus eo: 7 fructus 7 radix eius est fortior. fm̄ *Paulum* suchaha est herba dulcis que extenditur sup terram: 7 facit capita grossa prope radicē 7 exeunt ex illis capitibus flores sanguinei: et sic est fm̄ veritatē q̄ suchaha est herba spinosa alba expandens se super terram. cuius flos est i colore sanguinis: 7 hec est pp̄te suchaha que administratur in ipso sirupo radix eius vsui medicine competit.

Postq̄ dicit de bedeguar ac suchaha que sunt species cardonis. etiā mea intentio est declarare quasdā alias species q̄ ponunt in numero cardonum. nam primo est cameleūta alba et nigra: sed de alba Sera. dicit q̄ sūt homines qui nominant eam acattia: et de nigra dicit q̄ nominant eam homines cameleūtam ppter varietatem florum eius: q̄ ex eis reperit̄ virides multum: et aliquid ad albedinem declinat̄: et aliquid ad celestē colorē et quidā ad rubedinē sanguinis fm̄ diuersitatem locorū: in quibus nascuntur. et est aliq̄ cardus qui alio nomine scolimas vocatur et iste apud quosdā est cardus dictus arcofos. sed ignoro verū. Serap. in suo cap. ait in fine capituli de cardo. comedī planta ista recens sicut comedūt sparagi. ego vero nec nego nec affirmo q̄ scolimas sit arcofos. i. arctiocythi: sed nomē suū verū est chinera: aut alio noīe dicit arcofos. de quo vide Basim in tertio almanzor̄is qui virtutē eius describit: sed formā non tamen iste cardus est spinosus cuius capita comedūt deferuntur de tanua. Aut. in. ij. cañ. dicit cheuchezred est gūma arcofos. Joānes Serapio in suo antidotario in fine inquit cācarzed. i. gummi arcofos. Auer. in. v. col. inquit harchaf. i. cardus alchivult dicere archigotico: et est alius cardus quo vtuntur hoīes ad gargellandū pannos et bireta et similia: et iste apud Diasc. vocatur dispacus: et a multis ignorantibus virga pastoris. et est alius cardus dictus astaricon: siue centūcapita celestis coloris: et iste apud nos nascit̄ iuxta vias: et est alius q̄ dicitur cētūcapita alba: et hec est iringus. et est alius qui a modernis cardus bñdicit̄ appellatur et iste est quē hodie herbā turcham vocant siue sedū: vt apud Dia. siue eregerō vt apud Pl. flos buglose. aut radicū eius flos vero vt vult Pass. dictus est q̄ cito fluat. quasi fluoz. Isido. vero inquit. flores nominatur q̄ cito defluant de arboribus: quasi fluozes q̄ cito fluantur.

Folium. i. malabatrū in hac descriptione loco eius ponitur macis. vt dicit Aut. in. ij. cap. de folio. si vero in ipso ingredere spica potest poni: sed quia spica ingredit̄ macis.

Sirupus de thimo. s. extremitatū timi. 3. ij. calamenti: mente sicce ana. 3. v. seminum aut si fenculi: apij: dauci: ana. 3. iij. passularum enucleatarum. 3. iij. et cum lib. ij. mellis fiat sirupus et aromaticē cū. 3. ij. gallie muscate

Iste sirupus est in vsu. Thimus fm̄ Isidorum appellatur est q̄ flos eius odorem refert: de quo Argilius. Adolnetq̄ thimo

fragrantia mella. Pl. Thimus flore satonascitur: nec durat nisi in afflatu maris ppter thimū em̄. quod in attica regiōe abūdat melatticū summe laudis in toto mundo est. Desue in cap. de isopo quem vocat hasce inquit dicunt quidā q̄ est isopus hortensis. et dicit alij q̄ est vna ex speciebus origani: et in fine forme pdicte plante ait et planta eius vt dicitur est mater epithimi: ergo est thimus. nam sine dubio hasce est thimus: et flos ipsius est epithimus. quidā thimū polycar tū maiorem vocant alij hasce: Desue h̄z h̄c extremitatū thimi: et est melior pars plante eius.

Sirupus de epithimo. s. epithimi boni hortensis. 3. xx. mirre: citrinorū: indorū. ana. 3. xx. cuscute sumiterre añ. 3. x. thimi. buglose: calamenti: emblici: bellerici: liquiritie: polipodij: agarie: sticados. añ. 3. vj. rosarū seminis fenculi: anisi. añ. 3. ij. 5. p̄miorū numero. xx. passularū enucleatarū. 3. iij. tamarin. 3. ij. 5. zuc. li. iij. rob. i. vini cocti li. ij. et fiat sirupus.

Iste sirupus est in vsu. Epithimus s̄o fm̄ Desue est ex herbis supra crescentibus alijs herbis et est simile cuscute fm̄ Diasc. Epithimum est flos thimi similis thimbre. i. saturegie. Isidorus inquit. epithimū grece q̄ latine d̄: flos thimi. nam flos grece thimū vocatur. est autē flos timbre similis. circa instās epithimū flos et nō herba medicine cōpetit: et q̄ pducit flores colligi debēt. Desue laudat subruffū cretēse acuti odoris Aut. laudat cretēse et hierosolimitanū: et est decliue ad rubedinem.

Sirupus de sticados. s. floz sticados. 3. xxx. hasce. i. thimi: calamenti: ougam añ. 3. x. anisi p̄iretri añ. x. vij. pip̄eris lōgi. 3. iij. zinziberis. 3. ij. passularū enucleatarū. 3. iij. mellis lib. v. odas cū cinamomi: calami aromatici spice. i. nardi croci. ziziberis. pip̄eris nigri et longi. añ. 3. ij. 5. liga ī p̄ano raro: et suspēde ī sirupo dosis eius est. 3. ij. cū aqua decoctio nis spice et florū alchilii. i. chūchil. et est flos rois marini.

Iste sirupus est in vsu maxime fm̄ descriptionem. idem Desue in cap. de egritudinibus nervorum habet vniā aliā descriptionē ex auctitate iudei et dicit q̄ est medicina mirabilis p̄ferens oibus egritudinibus nervorum: sed non est eadem nec in vsu: tamen ibi habet zinziaz quod est iua siue camepitheos vt dictum fuit in electuario de iua.

Sticados fm̄ Desue medici laudant arabicum et melior pars plāte est flos post folia Dia. dicit sticados ab insula galatie q̄ sticados dicitur nomen accepit. in rei veritate il

Iud sticados quo moderni vtuntur nō est verum sticados. de quo intelligit Mes. et Aui. vt dictum fuit in confectione de sticados.

Sermo in mellitrato cōdito et sunt qui vocāt mellitratum sirupū factū ex vino et melle et conditū vocant quidā q̄ fit ex melle et vino et sunt ex hoib⁹ q̄ vocāt vtrunq; vtroq; noie et modi eorū sunt diuersi. Et vini boni antiqui li b. x. mellis boni et dispumati lib. ij. proijee super ea cinamomi boni et subtilis. 3. v. spice aromaticæ. i. nardi. 3. i. gariofilozū. 3. i. zinzibezris. ligni aloes. macis. añ. 3. iij. heil. i. cardamomi maioris. 3. ij. croci. 3. i. 5. tere cōtritioe grossa et coletur cu; colatorio grosso de pāno et aromatizetur cū musci dragme vntus tertia.

Mellitratū fm Dia. est mullaz tpe docet facere. sed nō hoc modo. mellitratū vero f3 Simonē est vinum ex melle et aqua factuz et vocatur mulla. f. ex tertia parte mellis et duabus aque. differt autē ab idromelle. eo q̄ idromel plus aque habeat: quā si ipsa sit aq̄ mellita. mellitratū vero est vinū ex melle a crasis q̄ est vinum: et ipsa est mulla. Alidorsus imbut. mellitratū vinum melle mixtuz medius quasi melleus: quia ex melle fit sicut calamitas pro cadamitas: non est aqua mellis vt quidā crediderunt. nam supra etiam posita fuit descriptio aque mellis.

Modus cōditi de citonijs et est muiua. Et succi citoniorū acetosorum lib. xx. vini antiqui boni li. x. coquāt cū facilitate vsq; dū cōsumpta sit eius terra semp auferēdo spumā ei⁹ deinde coletur et dimittatur residere et clarescat. postea p̄ice super illud mellis boni et dispumati lib. vi. iterum buliat et auferat spuma ei⁹: et coquāt vsq; dum habeat perfectam cocturā et reseruetur.

Cōditū ex citonijs fm intentionē mesue est muiua: sed fm Auic. et Guillelmū placentinū est sirupus de citonijs. tñ mesue ponit etiā descriptioē sirupi de citonijs q̄ aliud est. hec. f. muiua potest fieri cū speciebus et sine speciebus et ambe sunt in vsu. sed ista muiua citoniorū sine spēbus. Basis autem in nono Almasoris in ca. de his que cōfortiāt stoma cū: et ciborū perficiūt digestionē: h3 descriptioē muiue et sirupi acetosi d citonijs. Idē in libro distillionū: in ca. de medicinis solutiōnis vtrius aut cōfectio muiue p̄strictiue: q̄ ē sirupus de citonijs.

Citonij est pomū notū. Petr⁹ de crescētis dicit coctanū siue citonij est arbor nota. et ex his quedā sunt que faciūt p̄tra citonia: et he arbores maiores sūt: et minora ha-

bent folia. et quedā sunt arbores minores et latiores habētes frōdes. quarū fructus proprie vocantur coctana. Papias ait mala ceteronia esse dicta ab oppido in insula creta.

Muiua citoniorū cū speciebus. Et vini citoniorū acetosorū li. xx. vini boni antiqui lib. x. coquāt cū facilitate vsq; dū cōsumpta sit ei⁹ terra semp auferēdo spumā eius deinde coletur et dimittatur residere: et clarescat. et p̄ice super illud mellis boni et dispumati lib. vi. iterum buliat et auferat spuma eius et p̄ictant super illud spēs aefangine ligate in pāno suspenso super illud medicamē: et sunt proprie cinamomi: et heil añ. 3. ij. gariofiloz. 3. ij. zinzibertis masticis añ. 3. i. 5. croci. 3. ij. ligni aloes masticana. 3. i. 5. omnia p̄ter crocū terant cōtritioe grossa: et suspendant in panno sicut vtimus omni hora fricādo illud super medicamine donec fiat ei sp̄s itudo: deinde aromatizetur cum. 3. vnius tertia musci hoc est 3. i. et gallie. f. muscate. 3. ij. et reseruetur.

Hec vero est muiua citoniorū cum speciebus siue muiua aromatizata. i. q̄ supra muiuam citoniorū simplicē additur quedā aromata. i. quedam redolētia: et sunt proprie illa que in panno ligant: et de predictis aromaticis aromatizant etiā quedā alia condita vt est secacul conditū et alia huiusmodi.

Heil sicut dictum fuit ex auctoritate Serap. est cardamomum maius: de quo miror q̄ Auic. in predicta cōfectione habet cardamomū mai⁹ et minus et heil. Christophorus de honestis in predicta confectione dixit: q̄ heil est species cardamomi quam nō habemus hic: sed loco ei⁹ assumitur cardamomū maius: quasi dicat q̄ heil nō est cardamomū maius: hoc affert in dubitationē.

Sultimus placentinus eodem loco habet cardamomum maius et minus et melegeram. etiam textus Guillelmi scdm opinionē Bartholom̄i montagnane est falsus. nam sicut dictum fuit supra in electuario de aromaticis cardamomum maius est melegera: et sic hodie generaliter habetur opinio. q̄ heil sit cardamomū maius: siue melegera: que alio nomine grana paradisi vocatur etiam. Mattheus siluaticus in capitulo de cardamomo errauit dicens ex auctoritate Serapio. q̄ heil est cardamomum minus. nam Serap. nō dicit. q̄ heil sit cardamomū minus immo dicit q̄ est maius. et sic est.

Sermo In aceto silitico. Et ex laminis q̄ lez proprie q̄ sunt medie int̄ corp⁹ et corticē ip̄ i⁹ q̄ sitatē quā volueris. et siue eas separti in fillo cū stillo ligneo. et dimitte sicari in umbra

blebus. xl. post illud cōtinue eas in frustra cum incisorio ligneo. r pone ad omuē libraz etus aceti boni albi li. viii. r pone in vase vitreo stricti ouflicijz stringe caput etus. r mitte in sole p alios dies quadraginta post illud colla r administra vbi opz.

Mesue inquit q̄ concordati sunt antiq̄ super iuuamenta aceti squillitici ad egritudines multas. descriptionē ipsius describit etiam Serap. in ca. de squilla: r sirupum de squilla r multa alia liber qui dicit albulcha sim docet modū preparandi. r desiccādi. et de forma castrandī squillā r cōficiendi acetū squilliticū. r distillādī aquā ip̄i r de mō albificādī acetū squilliticū sic de singulis. squilla dicitur cepe muris: eo q̄ interficit mures.

Oxymel squilliticum. descriptione denocriti Be. origant: isopi sicce. alhasce. i. thimi chetisim: cordumen: sticados añ. 3. v. coquantur in tribus libris aquę s̄q̄ dū deueniāt ad li. f. r protice super ipsum mellis lib. ii. mellis passulati li. f. succi alfescere. 3. v. aceti squillitici lib. f. f. auferatur spuma ei⁹ omni hora: et coquatur ad perfectam decoctionem.

Oxymel grece est sirupus acetosus tam cum zuccaro factus q̄ cū melle. idem habet duas alias descriptiones: sed nō sunt in vsu vt est ista: r sunt qui faciunt ipsum: sed deci piuntur vt ostendam.

Chesim. i. leuisticum hortulanū. r est aliud chesim dictū cāpestre: r istud est cordument: quod apud ignorantes nō est notum. supra ostendi q̄ cordumentū est carui agreste siue leuisticū: tamen opinio multoz est falsa: quia hic Mesue in isto oxymelle habz chesim r cordumentū. ergo non sunt idē: s̄ error est horum: qui nō cognoscūt spēs leuistici. sed p̄ modernoz sententiaz sunt due species. f. hortulanū r campestre hortulanū vero est illud quo communiter vtuntur campestre vero est cordumentum: r est leuisticū campestre siue montanum r est semen quod reperitur sub plāta que dicitur paucedanū r sic est opinio herbariorū: tamē scias quādo reperitur in cōfectione aliqua vbi solum ingrediatur cordumentū: intelligitur de hortulano: sed hic ambe species debent poni.

Mel passulatus est medicamē: quod fit ex melle et passulis expressis vt ostendi supra in cōfectione loch de pino.

Alfescera vel fescera est vitis alba q̄ alto nomine britonia vocatur siue ampellos leuce. vt apud Dīaf. Gal. in sexto simpliciu inquit. carinabat: id est vitis alba r dicitur alfesire. hanc plantam quidā nominant brito-

niam: r quidaz abradentes cutem summitates eius comedunt in p̄cipio sui ortus sicut mos est.

Oxymel iuliani sc̄dm Gal. in tractatu secundo ad glauconem in ea. de cura podagre facte ab humore colerico. Be. folioz rute. origant. añ. 3. iiii. radicez mādragore: aneti añ. 3. ii. treos. 3. f. agartici. 3. ii. rede pinguis lib. i. cocognidij. 3. iii. lacteridarū alpiados añ. 3. f. polipodij. 3. ii. folij costī. sp̄tce nardi añ. 3. f. reupōtici. 3. i. squille interioris: cimarij ebult. añ. 3. iii. assari. i. assare bacare. 3. f. canopi. 3. iii. epithimi: elebori: acori: ana. 3. ii. ylopi amomi ipericci: cimini. ana. 3. f. anisi. 3. f. acetis acris lib. f. mellis lib. ij. confice autē hoc modo. lacterides: r costū cocognidij. et spicam nardi teres diligenter. ceteras autē herbas infundes in aceto p̄ dies tres. r post ea coques donec media pars aceti decoquatur. r tunc p̄iectis herbis mittes. r cū iterū decoctū fuerit ad spissitudinē mellis supra scriptas species tritas miscebis. r vt ere vbi oportet.

Istud oxymel apud nos nō est in vsu. Nicolaus in suo antidotario hz vnam altaz descriptionem que quasi eadem est. Alexander in. c. de catarticis ad podagrā ex flegmate habet vna3 altam que eadē est: simplicia autē que declarāda sunt declarabo.

Teda pinguis est nomē qd̄ apud rusticos appellatur theta. r est lignum pingue p̄mi. vel abietis. r vtunē ipso ad faciendū lumen pro candelis. Serap. in cap. de pino inq̄t. q̄ vna est species p̄mi. ex cuius sudore extrahit p̄r. r cū ligno suo fit lumē sicut cuz cera.

Cocognidij sicut dictum fuit est semen mezereon.

Lacterides. Johannes Serapio in septimo capitulo de laxatiuis simplicibus inquit lacterides est mendana: que dicitur fruct⁹ amarus. hec est quam Auicenna in quinto canonis vocat mēhētene. ergo est cataputia minor: nam vide Serapio. in proprio capitulo de cataputia minore: qui inquit. Mendana: id est cataputia minor: r est planta quaz multi computant inter species lacteticorum: et hec planta apud nostros rusticos dicitur cagarolla: r in hortis abundat.

Alpiados s̄m Nicolaum est cocognidij vel laureola: quod non videtur esse verum. nam si consideretur benē in predicto oxymelle ingreditur cocognidij: id est semē mezereon: et etiam alpiados: quod nō fieret si idem essent. sed communiter tenetur q̄ alpiados sit laureola.

Canopsis s; Nicolai est median⁹ cortex sambuci. similiter ait Gal. quidam crediderunt qd esset canapis: qd non est. nam alexander inquit. Canopsis est cortex median⁹ sambuci. Acetum passularum s; Antonii cermisonon in cap. de egritudinib⁹ capitis. s; acetum vint non multum vinosi lib. ij. passularum. 3. ij. buhant vsq; ad consumptionem tertie partis acetum deinde coletur: et fortiter exprimantur passule. deinde iterum passule terantur in mortario: et fiat earum expressio: acetum tunc vsui reserua: sed apud nos tale acetum non est in vsu.

Sirupus ciferis ad ea qd dicitur e nobile reperitur: et confert quartana. In practica Mesue in cap. de soda frigida ab humore melancolico. s; capillorum veneris: radicum buglose domestice siluestris: et flos earum: polipodii. epithymi as. 3. i. folliculorum sene: camepthecos: sticados an. 3. vij. comedreos: squina: elebori nigri an. 3. iij. sumiterre. 3. vij. eupatorij. 3. iij. succi pomorum dulcium. 3. vij. oia preter epithimum: et succum pomorum bulant in li. iij. aq. vsq; ad lib. ij. deinde bultat in eo ebullitioe vna epithimum et coletur: et cum succo pomorum et lib. i. zuccari fiat sirupus.

Iste sirupus est preciosus ac dignissimus contra quartana et suo noie ab apothecariis non est sic appellatus: sed ad meliorem declarationem feci sub isto noie: q; in mediolano multi medici ordinant sirupum ad quartana: sed apud apothecarios fit sub noie sirupi de pomis compositis: et idem est. Franciscus de pedemontium habet vnam aliam descriptionem sirupi ad quartana qd non est eadem: nec est in vsu sicut infra ostendam.

Buglosa est lingua bouis: et proprie domestica. siluestris vero buglosa est boragoculus herba cibo apta et medicinale: flos: et folia: et semen: ac radix in isto sirupo dicitur ponit.

Ponuntur s; ab optimo. idest a copia. idest vbertate est dictum inter alia poma parisianna sunt magis laudata qm alia: post hec est pomum dictum redolens.

